Universitätsbibliothek Paderborn

Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Planta

urn:nbn:de:hbz:466:1-31834

Visual Library

Pedis digiti quinq;.

dis quoq; digiti ſunt quinq;. qui Hiſdē fere nominibus appellantur, exceptis ſalutari & infami digitis. nam in manu medium infamē quoq; digitum appellant. Perſius,

Infami digito luſtralibus ante ſaliuis
Expiat.

Pollex pedis.

In pede eſt pollex. in quo nonnullis fuit uis medica. nam ſic de Pirrho rege Epirotarum loquitur Plinius ſeptimo naturalis hiſtoriæ. Sicut Pyrrho regi, dextro pede, cuius tactu lyenoſis medebatur. hunc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt. Sed pollex interdum alios quoq; digitos ſcandit, & tunc uocatur hallux, ut ait Feſtus. Sunt igitur nomina digitorum pedis. Pollex, Proximus pollici, Medius, Medio proximus, & Minimus.

Hallux.
Noīa digitorū pedis.
Pollex.
Proxim⁹ pollici.
Medius.
Medio pximus.
Minimus.
Planta.
Plātaris.

PLANTA

PLANTAE appellatione calcaneum, uola, & digiti comprehenduntur. Vnde in Moreto,

Cruribus exilis ſpatioſa prodiga planta.

Et hinc plātaris adiectiuū. Statius prio thebai.

Summa pedum propere plantaribus alligat alis.

Nam de arborum plantaribus quid afferam, cum ipſa quoq; a planta ſint? Vergilius ſecundo Georgicorum.

Expectant, & uiua ſua plantaria terra.

quia plantæ de arboribus ſicuti alia fere omnia dicuntur. Idem in eodem,

Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum.

Veſtigiū
Veſtigiare.

Dicitur etiam ueſtigium quod ad alia quoq; cōmune eſt. Vnde uerbum ueſtigio in ſexto Aeneidos,

Ergo alte ueſtiga oculis & rite repertum

Carpe

Carpe manu.

PES

SED pes totus dicitur & ſuperius & inferius. Nã Pes totꝰ
ſummum & imum diuerſo reſpectu dici,ſupra
ammonuimus. Vnde in Moreto,
Atq; manu ſumma lachrymãtia lumina terſit.
quaſi pro dorſo manus. Et Satius ,Summa pedum alligat,
dixit. ligamentum enim dorſo pedis fieri certũ eſt,quod uo Pes.
cauit ſummũ,quia imum eſt ueſtigium. Pes plurima ſignifi
cat. nã de mẽſura ſupra memorauimus, Seſquipes uero pe/ Seſqui/
dem & dimidium continet. non quinq; pedes,ut quidã Per pes.
ſij commentator arbitratus eſt in eo uerſu,
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extat.
Nam ſic Vitruuius Architectus ſecundo, Tria genera late-
rum unũ quod græce Lydium appellatur, id eſt quo noſtri
utuntur, longum ſeſquipede,latum pede. Pes etiã eſt funis Pes pro
in fine ueli nautici, Vergilius v. Vna om̃es fecere pedẽ. fune.
Pes etiam a multitudine pedum dicitur pater lendis, id eſt Pes, pedi
pediculus. Plautus in Curculione, Vt muſcæ,culices,pedes- culus.
q;,pulicesq; odio & malo & moleſtiæ,bono uſui eſtis nulli. Bipes. Tripes.
Sed a pede hominis membro,bipes tripes & quadrupes & Quadru/
pedalis. Vnde in Priapeis, pes. Pedalis.
Pædicabere fuſcina pedali. Tripos.
Sed græce tripos.dis. dicitur trium pedum inſtrumentum, Cur uiri
quod ob auxilium tertij pedis fortius ſe ſubſtentat,q̃ ſi bi/ fortes a/
pes eſſet. Et propter hoc Græcia uiros fortes tripodibus do pud Græ
nabat,ipſi enim non facile ſuccumbunt, nec calamitatibus cos,tripo dibus do
cædũt,imo ita ſe gerunt,quaſi adminiculũ habuerint maius narẽtur.